



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Canones de sacrosancto Eucharistiæ Sacramento.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

et tanquam ex traditione Apostolica descendens, iure ac  
merito retinere debet. Deum autem paterno affectu ad-  
monet sancta Synodus, hortatur, roget, & obsecrat per  
vulcera misericordia Dei nostri, ut omnes & singuli, qui  
Christiano nomine censemur, in hoc unitatis signo, in hoc  
vincula charitatis, in hoc concordie symbolo iam tandem  
aliquando conueniant & concordent, memoresque tan-  
ta maiestatis, & tam eximij amoris Iesu Christi Domini  
nostris, b qui dilectam animam suam in nostrae salutis pre-  
tium, & carnem suam nobis dedit ad manducandum; hec  
Sacra mysteria Corporis & Sanguinis eius fidei constantia  
& firmitate, ea animi deuotione ac pietate & cultu cre-  
dant & venerentur, ut panem illum supersubstantiale  
frequenter suscipere possint; & is verè eis sit animæ vita,  
& perpetua sanitas mentis; cuius vigore confortati, ex  
huius misere peregrinationis itinere ad cœlestem patriam  
peruenire valeant, eundem c panem Angelorum, quem  
modò sub sacris velaminibus edunt, absque ullo velami-  
ne manducaturi.

Quoniam autem non est satis, veritatem dicere, nisi de-  
tegantur & refellantur errores; placuit sancta Synodo  
hoc Canones subiungere, ut omnes iam agniti Catholi-  
ci doctrina, intelligent quoque, quæ ab illis heresies caue-  
ti vitarique debeat.

#### R E M I S S I O N E S.

<sup>a</sup> Vide Mirand. q. 7. de Corpore Christi, P. Henrig. in sum. lib. 8.  
c. 34. P. Vasquez ad 3. p. B. Thomæ, tom. 3. disput. 212. à num. 1.  
p. Egid. de Conink. de Sacram. & censur. q. 80. art. 1. & q. 82. num. 16.  
<sup>b</sup> In Sacramentali autem sumptione, &c. ] Vide Beiam casuum con-  
scientiae p. 4. casu 14. vers. præterea.

#### D E S A C R O S A N C T O

Eucharistia Sacramento.

#### C A N O N . I.

Si quis negauerit, d in sanctissimæ Eucharistie Sacra-  
mento

<sup>a</sup> Sup. cap. 3.  
Conci. Con-  
stantiens.

mento contineri verè, realiter, & substantialiter Corpus  
& Sanguinem vñà cum anima & divinitate Domini no-  
stri Iesu Christi, ac proinde totum Christum; sed dixerit  
tantummodo esse in eo, vt in signo, vel figura, aut virtute;  
anathema sit. ☩

## CANON II.

¶ Conc. idem dicitur ad c. 4. Si quis dixerit, a in sacro sancto Eucharistiae Sacramen-  
to remanere substantiam patinis & vini, vñà cum Corpo-  
re & Sanguine Domini nostri IESU CHRISTI; nega-  
ueritque mirabilem illam & singularem conuersionem  
totius substantiae panis in Corpus, & totius substantiae vi-  
ni in Sanguinem, manentibus durataxat speciebus panis  
& vini; quam quidem conuersionem Catholica Eccle-  
sia aptissimè b Transubstantiationem appellat; anath-  
ema fit.

## CANON III.

¶ Conc. Flav. sicut in deo. Eugen. ad Armenos. fuit. c. 1. & supr. c. 2. s. i. de comm. Si quis negaverit, c in venerabili Sacramento Eucha-  
ristiae sub unaquaque specie, & sub singulis cuiusque spe-  
ciei partibus, separatione facta, totum Christum contine-  
ri; anathema sit.

## CANON IV.

¶ supr. c. 3. Si quis dixerit, peracta consecratio, in admirabi-  
li Eucharistiæ Sacramento non esse Corpus & Sanguinem  
Domini nostri Iesu Christi, sed tantum in ipsis, dum tunc  
tum, non autem antè vel post, d & in Hostijs seu particu-  
lis consecratis, quæ post Communionem referuantur ve-  
superflunt, non remanere verum Corpus Domini; anathe-  
ma sit.

## CANON V.

¶ Vide Conc. Florent. ibid. supr. c. 2. Si quis dixerit, e vel præcipuum fructum sanctissimi  
Eucharistiae esse remissionem peccatorum, vel ex ea no-  
alios effectus prouenire; anathema sit.

## CANON VI.

¶ supr. c. 3. Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ Sacramento Christi  
vñigenitum Dei filium non esse f cultu latræ, etiam  
excl.

Extero, i adorandum, atque ideo nec festiuam peculiari celebitate venerandum, neq; in Processionibus, secundum laudabilem & yniuersalem Ecclesiae sanctae ritum & consuetudinem, solenniter circumgestandum, vel non publi- cè, vt adoretur, populo proponendum, & eius adoratores esse idolotras; anathema sit.

C A N O N VII.

i Si quis dixerit, non licere sacram Eucharistiam <sup>a Supr. c. 6.</sup> in Sacra- erario reseruari, sed statim post consecrationem altanti- bus necessariò distribuendam; aut non licere, vt illa ad infirmos honorificè deferatur; anathema sit.

C A N O N VIII.

i Si quis dixerit, Christum in Eucharistia exhibitum, spiritualiter tantum manducari, b & non etiam sacramen- <sup>b Supr. c. 8.</sup> taliter ac realiter; anathema sit.

C A N O N IX.

i Si quis negauerit, c omnes & singulos Christi fideles <sup>c cap. omnis</sup> utriusque sexus, cùm ad annos discretionis peruerenterint, teneri singulis annis, 2 saltē in Paschate, ad communia- candum, diuixta præceptum sancte matris Ecclesie; ana- thema sit.

C A N O N X.

Siquis dixerit, e non licere sacerdoti celebranti scipsum <sup>d Conc. Lat.</sup> communicare; anathema sit.

C A N O N XI.

\* Si quis dixerit, f solam fidem esse sufficientem præpa- rationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistie Sacra- mentum; anathema sit. Et, ne tantum Sacramentum indignè, atque ideo in mortem & condemnationem sumatur; statuit atque declarat ipsa Sancta Synodus, illis quos conscientia peccati mortalis grauat, g quan- <sup>g Supr. c. 7.</sup> tumcumque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, necessariò præmittendam esse Confessio- nem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, <sup>e Supr. c. 8.</sup> f Supr. c. 17.

prædi-

prædicare, vel perrinaciter asserere, seu etiam publicè di-  
sputando defendere præsumperit, eo ipso excommuni-  
catus existat.

## DECLARATIONS.

1 *Adorandum.*] Non licet Sanctam Eucharistiam ad eos a gravis  
tertio deferre, qui morbi gravitate impedit sumere eam non possunt,  
vt scilicet ipsi infirmi venerationis gratia eam deosculentur: & si for-  
tè aliquo in loco talis est consuetudo, ea prorsus est tollenda. vel se-  
cundum Sanctissimum Sacramentum ad infirmos deferendum est, ve illi  
sumant, non aurem ut adorent tantum, sicuti fit in aliquibus locis  
quod Pius V. prohibuit.

2 *Saltē in Paschā.*] Quærebatur, stante priuilegio Minorib[us]  
alijs Religiosis concilio, vt omni tempore (præterquam in die De-  
minica Resurrectionis) possit ab illis Eucharistia sumi; an quia ab  
intra Dominicam in Albis Eucharistiam percepérunt, præcepto  
quo in ea. *Omnis, de penitentia & remissione* satisficerint? Congre-  
gatio die 23. Ianuar. 1586. censuit negatiue, quia d.c. *Omnis* sicut va-  
quid quis proprio Parocho confiteatur, ita a proprio etiam Euc-  
haristiam sumat: & quia subdit, nisi foris de propriis sacerdotiis et  
duixerit abstinentiam ab Eucharistia, ab eodem recipi debet Euc-  
haristia; eius enim est destruere, cuius est condere, l. ult. Cod. de leg. Ali-  
ibid. nu. 13. Eo magis, quod tunc Religiosi non poterant hoc Sacra-  
mentum ministrare. Card. in Clem. i. n. 2. de prinil.

Dubitatur rursum, An eis, qui infra dictū tempus, de manu pa-  
tri Eucharistiam acceperunt, & sic præcepto Ecclesiæ satisfecerunt  
vel intentionem habent, priusquam labatur octava Paschatis, de  
nu Parochi eam sumere, licet sit ipso Resurrectionis die ex re-  
gio[rum] manu communicare? Congregatio die 23. Ianuarij 1586  
censuit id non esse licitum, cum sic exprefse prohibitum, Nauatu-  
nalis c. 21. nu. 52. Itaque in Paschate sumenda est Eucharistia in pro-  
pria Parochia: nec excusatsumens in hebdomada sancta, vel im-  
mediate post Pascha extra eam.

Famuli quoque seculares in monasterijs Regularium Ord. Cister-  
cienis habitantes non sunt cogendi accedere ad ecclesiam patroch-  
alem, nec ibi Sacra[m]enta accipere, nisi tempore Paschali resurrec-  
tis D.N. Iesu Christi. Ita in una decisione data Episcopo Tomo  
censi die 20. Febr. 1576.

## REMISSEONES.

## CANON I.

**V**ide Pat. Henr[ic]i in sum. lib. 8. c. 20. §. 4. in princip. Valent. dispe-  
q. 2.

<sup>3</sup> Pat. Aegid. de Conink. de Sacram. & censur. q. 75. n. 3. Pet. Ledes. in sum. p. 1. tract. de Eucharist. c. 1. concl. 5.

<sup>5</sup> CANON II. Vide P. Henr. in sum. l. 8. c. 30. §. 2. lit. I. Pat. Vasquez in 3. p. D. Thomae tom. 3. disp. 180. num. 108. & disp. 194. nu. 4. Pat. Aegid. de Sacram. q. 75. n. 49. & nu. 171. & qu. 77. art. 1. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 29. n. 36. Pet. Ledes. d. tract. de Eu- char. c. 6. con. 2. & 3.

<sup>7</sup> CANON III. Vide P. Henr. in sum. l. 8. c. 27. §. 4. lit. K. P. Aegid. de Sacram. & censuris q. 74. n. 3. & n. 191. & q. 75. n. 49. & 168. & q. 76. nu. 32. Pat. Vasquez tom. 3. disp. 188. nu. 2. & 15. P. Valer. Regin. d. lib. 29. num. 37.

<sup>8</sup> CANON IV. Vide P. Henr. in sum. l. 8. c. 29. in principio. lit. C. Bald. Iun. super opera controu. Bellarm. p. 2. li. 3. cap. 5. P. Aegid. d. q. 74. num. 26.

<sup>9</sup> CANON V. Vide P. Henr. in sum. lib. 8. c. 26. in principio lit. B. Aegid. de Sacramentis qu. 79. nu. 53. P. Vasquez d. tom. 3. disp. 205. num. 2.

<sup>10</sup> CANON VI. Vide Can. lib. 5. de locis Theolog. cap. 5. col. 144. & lib. 12. cap. 11. colum. 441. Pat. Henr. in sum. lib. 8. cap. 32. §. 3. lit. D. & cap. 42. §. 2. lit. H. P. Aegid. de Sacrament. tom. 1. qu. 76. nu. 86. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 29. nu. 37. in fine, P. Soar. tom. 3. disp. 65.

<sup>11</sup> CANON VII. Vide Bald. Iunium super opera controu. Bel- lar. p. 2. li. 3. c. 5.

<sup>12</sup> CANON VIII. Vide P. Vasquez in 3. p. D. Thom. to. 3. disp. 212. num. 3.

<sup>13</sup> CANON IX. Vide P. Aegid. de Coninck. de Sacrament. & censuris qu. 80. n. 102. cum seqq. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 29. nu. 57. in fin.

<sup>14</sup> CANON X. Vide Sotum in 4. dist. 2. qu. 5. art. 4. col. 14. Can. de locis Theolog. lib. 3. col. 189. ad fin. cum seqq. P. Aegid. de Sacram. tom. 1. q. 80. nu. 5. cum seqq. P. Azor. inst. moral. par. 1. li. 10. cap. 31. col. 1040. P. Soar. tom. 3. disp. 66. sect. 3. vers. Sed quæres, P. Valer. Regin. in praxi fori pœnit. li. 20. nu. 53.

## DECRETVM DE REFORMATIONE.

### CAPUT I.

Datur forma qua Episcopi debent residere, subditos cum prudentia corrigere, à cuius visitatione nemo appellat, &c.

E Adem sacrosancta Tridentina Synodus, præsidentibus in ea eidem sanctæ Sedis Apostoliçæ Legato &

I

Nun-